

pimus confirmari. Actum Compendii, anno Incarnati Verbi M^o C^o XCIII^o, regni nostri anno XV^o, astantibus in palatio nostro, quorum nomina subtitulata sunt et signa.

Dapipefero nullo.

Signum Guidonis buticularii.

Sign. Mathei camerarii.

Sign. Drogonis constabularii.

Data, vacante cancellaria.

Cartulaire de Saint-Corneille de Compiègne. Arch. Nat. LL 1623, ch. CXXXVII, p. 232.

Ic.

Accord entre Richard, abbé de Saint-Corneille de Compiègne, Hugue Revetel, seigneur d'Houdencourt, Roger de Verberie et Renaut de Béthisy, touchant le Bois d'Ageux, le Petit Raray et les Grandes de ce dernier lieu.

1203.

Ego Ricardus, Dei patientia, Compend. Ecclesie minister humilis et capitulum ejusdem loci, notum facimus presentibus et futuris (1), quod cum Hugo Revetel se habere diceret in boscis nostris de Ageu et de Rarai, a loco qui dicitur Corbeth usque ad Marennefosse (2) cerchiam, chacheriam, grueriam, advocatiam; hec omnia et quidquid juris sive consuetudinis in eisdem boscis clamabat, Ecclesie nostre dedit in elemosinam et quita clamavit, et proinde de beneficio Ecclesie nostre LXX libras par. habuit, et super his omnibus (3) se garantiam contra omnes portaturum, pro posse suo, in capitulo nostro juravit. Post hanc autem concessionem, ei concessimus, et heredibus ejus, tantum de Parvo Rareto extirpandum et excolendum ad terragium (4) et decimam, retentis nobis omni dominio et justitia, excepto dono (5) et messagio (6), quantum Rogerius de Verberia de

(1) *Aliter* : tam presentibus quam futuris.

(2) *Al.* Marenfosse.

(3) *Al.* de his omnibus.

(4) *Terragium*, le terrage ou champart, redevance sur les récoltes.

(5) *Donum*, les présents.

(6) *Messagium*, les profits du garde-messier et les amendes qu'il perçoit dans l'exercice de ses fonctions.

Magno Rareto, concessione nostra, tenetur extirpare, exceptis XV arpennis quos ipse Rogerius, si voluerit, ad prata facienda sibi retinebit ; ita tamen quod prefatus Hugo et heredes ejus, de predicto Parvo Rareto, usque ad XV arpennos ad prata facienda, si voluerint, sibi poterunt detinere ; et si terra illa ad agriculturam non fuerit apta, et pro uno quoque arpenno quatuor denarios de censu, in festo sancti Remigii, apud Longolium (1) nobis singulis annis exsolvent. Additum est preterea quod predictus Hugo et heredes ejus XV arpennos singulis annis extirpabunt. Si autem de XV arpennis aliquid remanserit non extirpatum (2), pro hoc quod non extirpabitur, prefatus Hugo et heredes ejus ad equivalens in terra culta singulis annis terragium et decimam nobis restituent. Et si a famulis nostris vel ab alio aliquo, in predicto Parvo Rareto, nota parcheia (3) capta fuerit, ad domum nostram de Ageu (4) adducetur et forisfactum (5) habebimus ; et ipsis, mediante justitia, damnum eorum restituetur. Statutum est etiam quod tempore messis, quando necesse fuerit, terragiator (6) noster ab ipsis vocabitur, nec garbe moveri poterunt, donec ipse presens fuerit, et nos terragium et decimam ad domum nostram de Ageu vecturis nostris duci faciemus. Concessimus similiter Bartholomeo molendinario et heredibus ejus in prefato Rareto XX arpennos sub eodem pacto extirpandos et in perpetuum possidendos, quibus extirpatis, si quid residuum fuerit, predicti Hugo et Rogerius vel heredes eorum communiter, sub prefata conditione, illud extirpabunt,

(1) *Longolium*, Longueil-Sainte-Marie, canton d'Estrées-Saint-Denis.

(2) Le ms. lat. 9171 de la *Bibl. nat.* porte *inextirpatum* au lieu de *non extirpatum*.

(3) *Parcheia*, animal saisi pour dommage causé. « Si mes bestes ont esté en vos préz et vous ont fait aucun dommage, prenez icelles bestes, et les mettez en parc ou en tect, ainsi comme accoustumé est tel cas. » *Litt. remiss.* anno 1384 in reg. 125 Chartoph. Reg. ch. XIV. *Ducange*, Dictionn. v^o Parcus.

(4) Le château royal du Bois d'Ageux, transformé en ferme par les religieux de Saint-Corneille, et nommé encore aujourd'hui l'*Abbaye*.

(5) *Forisfactum*, droit de juger le délit et de percevoir l'amende encourue.

(6) *Terragiator*, terragier, collecteur du champart et de la dime. « Et si il avenoit chose par aventure que li sergens terragières et li dismières ne soient au descharger les gerbes an croira lou deschargiour par son sairement (Charte de l'an 1247, Chartul. Campan. Bibl. reg. f^o 343 v^o, col. 1, citée dans du Cange, *Gloss. med. et inf. lat.*)

et tantum unus, quantum alius, de terra culta possidebit. Si vero homines de Ruis (1) vel alii in predictis boscis aliquid reclama-verint, prefati Hugo et Rogerus, propriis suis sumptibus, illis re-sistent et defendent, et nos ipsis Hugoni et Rogero curiam nos-tram liberam exhibebimus ; et si violentia Regis a curia nostra placitum extorserit, nos ex parte nostra, propriis sumptibus, et ipsi Hugo et Rogerus ex parte sua, suis expensis, prosequemur placitum. (2) Postea vero prefatus Hugo, in presentia nostra constitutus, assensu nostro et capituli nostri, terram denomina-tam, quam ei ad extirpandum concesseramus, Reginaldo de Bes-tiaco ad extirpandum concessit, tali conditione, quod predictus Reginaldus omnes fructus totius terre pro extirpatione per qua-tuor annos reciperet ; expleto autem termino predicto, sepedic-tus Reginaldus, de terra illa exculpta de communi, IX arpennos haberet, de quibus tres arpennos ei concessimus ad edificandum sub annuo censu XII denar. in festo sancti Remigii apud Lon-golium persolvendorum. Concessimus etiam eidem Reginaldo illos tres arpennos capere ubi vellet (3), sex alios juxta Tacenru caperet. Concessimus et similiter Rogero, militi, de Verberia, de eadem terra tres arpennos ubi edificare ceperat, sub annuo censu XII denar. in festo sancti Remigii apud Longolium singu-lis annis persolvendorum ; ita tamen, quod infra predictos tres arpennos grangiam nobis, ad segetes nostras colligendas, facere licebit. De residuo autem terre, sepedictus Hugo et heredes ejus medietatem haberent, alteram medietatem sepedictus Reginaldus et heredes ejus in perpetuum quiete possiderent. Ut autem hoc ratum permaneat, sigillorum nostrorum munimine roboravimus.

Actum anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o III^o.

(1) Rhuis, canton de Pont-Sainte-Maxence.

(2) La charte fut terminée en cet endroit et de la manière suivante lorsqu'on la renouvela en 1209 : Ut autem hec rata et inconvulsa permaneat presentem cartam conscribi et sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Actum anno Verbi Incarnati M^oCC^oIX^o. (Arch. Nat. LL 1623, p. 562, ch. CCCLV.)

(3) Le ms. LL 1623 des *Archives nat.* et le ms. lat. 9171 de la *Bibl. nat.* portent tous deux : « Concessimus etiam eidem Reginaldo illos tres arpen-nos *ubi edificare ceperat sub annuo censu XII capere ubi vellet, sex alios etc.* » Nous avons supprimé dans le texte les mots que nous indiquons ici en *italique*. Ces mots qu'on retrouve plus loin ont été intercalés ici par le copiste à la suite d'une lecture défectueuse.

Cartul. de Saint-Corneille de Compiègne. Arch. Nat. LL 1623, p. 559, ch. CCCLIV.

Cette chartre a été renouvelée en 1209 dans les mêmes termes, sauf les variantes que nous avons indiquées dans les notes.

Id.

Geoffroy II, évêque de Senlis, notifie l'accord fait entre Jehan de Bez, Lucie sa femme, et l'Eglise de Compiègne, touchant la dîme des Novalies de Renauld de Bêthisy, au Petit-Raray.

1206.

Gaufridus, Dei gratia, Silvanectensis episcopus, presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Notum facimus tam futuris quam presentibus, quod, cum auctoritate apostolica diu litigatum fuisset in presentia nostra, inter Ecclesiam Compendiensem et Johannem de Bez, super decima novalium Reginaldi de Bestisiaco, que sunt apud Rarerium, et idem Johannes, pro contumacia sua, vinculis excommunicationis a nobis fuisset astrictus, tandem, ut ipse absolveretur, dicte Ecclesie satisfacit, et compositum est inter eos in hunc modum. Dicta Ecclesia, pro bono pacis, concessit ut decima sua in communi haberetur, sicut alie decime territorii illius, quod territorium extenditur in longum, a strata de Maienpré usque ad mansionem R. de Bestisiaco, et in latum, ex una parte, ab Isara usque ad Noam de Maleparti, ex altera vero, ab eadem Isara usque ad Chauveline Prée. Communio decime, de qua facta est mentio, talis est : Ecclesia jam dicta totalis decime totius territorii tertiam partem ibidem in pace recipit ; due vero relique partes ad grangiam dicti Johannis deferuntur ; et, triturato blado tam decime illius, quam aliarum decimarum, que per famulos Ecclesie et Johannis ad dictam grangiam deportantur, Ecclesia duas partes totius bladi illius recipit, Johannes vero tertiam partem. Concessit etiam Ecclesia, quod si prata vel dumeta, que continentur intra idem territorium, aliquo tempore in culturam redigantur, decima illorum, sicut cetera decime illius territorii, communis habebitur. Johannes vero quamdam terram, que vocatur Noebthier, intra eosdem terminos sitam, quia eam, tam ipse, quam pater suus,